

Bibliothèque numérique

medic@

**Guyot, Charles - candidat. - Est-ne
Arthricis affectibus necessaria Venae
sectio ?**

1658.

**Angers : Apud Petrum Avril,
Academiae Typographum
Cote : ms 2326 n°84**

190 84.
QVÆSTIO MEDICA

IN PVBLICIS
ANDEGAVENSIVM

MEDICORVM
SCHOLIS AGITANDA, DIE XVII.
AVGVSTI, ANNO CHRISTI
Redemptoris M. DC. LVIII.
hora nona matutina.

An sit in Arthriticis affectibus necessaria Vena sectio



ANDEGAVI,
Apud PETRVM AVRIL, Academiae Typographum.

A. R. S. H. M. DC. LVIII.



QUESTIO MEDICA

IN PUBLICIS

ANDEGAVENSIVM

MEDICINAM

SCHOOLAE AGTANDAE DIE XVII

MAY 1717

IN THEATRO

PUBLICO



ANDEGAVI

SCHOOLAE AGTANDAE DIE XVII

MAY 1717



ILLVSTRISSIMO

AC NOBILISS. VIRO DOM. D.
IACOBO DE MAGDELENE,

DOM. DE LA RAVINIERE,
IN SENATV PARISIENSI CONSILIARIO
ÆQVISSIMO AC INTEGERRIMO.



SACRA flla Reipublica humaneque societatis,
ac pacis tuenda magistra Iurisprudencia, meritò
ingratitude me postulare, nisi ipsam studiorum
meorum Tesseram, VIR ILLVSTRISIME,
Tibi dicarem. Iubet enim offiij mei ratio, tua beneficia
urgent, impellit amplitudo. Que omnia, vt in Te sum-
ma sunt, ita me summe ad id mouere. Nam præter
alias, VIR ILLVSTRISIME, tui animi dotes, dua
sunt que arctissimo vinculo, quasi clauis trabalibus omnes
Tibi iungunt, Iustitia & Religio Quibus tanquam vir-
tutum omnium ambitu, populi salus & rerum publica-
rum fortuna continetur. Hac enim vtriusque potissima

sunt fulcra ac firmamenta. Religionem colendo, propi-
tius tibi Deum: Iustitiam administrando, benevolos tibi
omnes probos ac bonos reddis: iura tractas equidem,
VIR ILLVSTRISIME, sed sancte & religiose pe-
riclitantem innocentiam subleuas tua equitate. Cau-
sarum fata ambigua iudicii tui lance dirimis. Necessa-
rius erat mihi Sapientie clypeus, quo formidanda ho-
stium Theseos mea tela retundere valerem. A quo nisi à
Te potui presidium expectare, qui ultro ac sponte in dies
maiores in me confers gratias? Quantum enim Tibi de-
beam, sermone complecti, ne quidem cogitatione assequi
possum, quare me clientele tue adijcio, VIR ILLVS-
TRISIME, tuoque Nomini consecro,

Tibi observantissimum & obsequentissimum,
CAROLVM GUYOT, Metensem.



QVÆSTIO MEDICA,
THERAPEVTICA, IN ANDEGAVENSIVM

MEDICORVM SCHOLIS AGITANDA,

die 17. Augusti, Anno Christi

Redemptoris M. DC. LVIII.

Est-ne Arthriticis affectibus necessaria Venæ sectio?




I.



X innumero illo ac infinito morborum numero quæ humanum corpus dilaniant, alij sunt interni, alij externi: illi circum præcordia sæuiunt, vt caûsus, & febris pestilens: vel interna phlegmone iugulant, vt hepatitis, peripneumonia, angina, phrenitis: vel meatuum obstructione suffocant, vt apoplexia, quæ planè immedicabilis est, si fuerit sanguis per Cerebri substantiam effusus; cæque est fortis apoplexia Hippocratis: quod si sanguis cum impetu ruens ad Cerebrum, adhuc vasis contineatur, inde potest per venæ sectionem reuocari, sed sæpius repetitam, ex vtraque basilica (numquam è saphena) vt & etiam è iugularibus, quæ in præcipiti illo affectu tutò secantur, si peritus & non garrulus adsit artifex. Ad morbos Cerebri refero lethargum, epilepsiam, melancholiam morbum, ephialtem, quorum singulorum curatio pender à sola propriæ causæ amotione, quam soli tollendam norunt *ἡμεῖς ἰατρῶν χρείαν*, non Empirici, non fumivenduli, fumo qui pereant dignissimi, non ipsi nebulones, ex impuro grege fanatici Paracelsi, insipientes & illiterati: non Agyrtæ, gens ratione furens, & mentem pasta chimæris: imò sine ratione viuunt, præter æquum mendendi prætextu necant, & sine lege, nimia profectò sacrae Themidis indulgentiâ, sacram artem, Medicinam attingunt, quam non intelligunt.

A iij



EXTERNORVM morborum agmen ducunt, suamque tyrannidem crudeliter exercent, arthritidis, scabies Hispanica, eleganter à Fracastorio Syphilis nuncupata, maioribus prædiis, balneo, absque sudorificorum usu, quæ propriè nulla sunt, verùm sola hydragyrosi percuranda; Rheumatismus, veteribus non ignotus, nullis diaphoreticis, at venæ sectione & frigida potu multo debellandus, quibus solis agendorum omnis indicatio adimpletur: nimia obesitas, atrophia, cachexia, variolæ & morbilli; quorum eruptio iuuanda est per venæ sectionem; & ab eruptione repetendam, etiã in lactentibus, si febris, aut diarrhœa, dyspnœa, cardiogmos, delirium, vel aliud symptoma *αἰσιόλογον* perseveret, neglecto isto scandali & offensionis fragmento, lapide bezoardico, mero institorum figmento, cuius nulla alia vis est quàm calcis aut cineris. Externis illis affectibus cutaneos omnes adnumeramus, scabiem, impetiginem, lepram, psoram, phymata, & maiorum tumorum omne genus, qui topicis parum iuvantur, & quorum causa solerti Medico repetenda venit à visceribus intemperatis, malè moratis vel obstructis, ideòque tota medendi methodo indigent, quæ est summum artis Medicæ secretum, Agrytis incompertum, ab Empiricis neglectum, quia non intellectum, semi-Dogmaticis, quibus propè vicus omnis abundat, malè & præposterè intellectum.

ARTHRITICORVM affectuum causa est serum putre, malignum, virulentum ac venenatum, interdum ex Cerebro solo, per consequutionem membranarum: interdum ex ventriculo ac iecinore, absque vilo superiorum partium interuentu, aut vitio, in artus defluens atque depluens, cum rubore, calore, dolore, tensione, pulsu, ac renixu. In illis cruciatus est ingens, & acre tormentum, propter affectarum partium sensum exquisitum, nervis ac tendinibus conuestitarum, siue pedes aut manus occupet, veteris ramalia fagi, siue profundum ischium derineat, vel singulos humanæ compagis articulos, & tunc illa species arthritidis, *παρασεν* rectè ab Erasmo, diuini ingenij viro, scitè nuncupatur. Arthritici dolores à Rheumaticis, situ & loco, dolorisque proprietate inter se distinguuntur, quod illi sint in articulis inclusi, hi verò inania musculorum spatia diuexent. Dif-

7
ferunt quoque à Lue venerea, quæ tanquam horrendum scortatorum flagellum, suos habet dolores, sed lentos & graues, nocturnos, at minus acutos, perpetuos tamen, nisi sedulo, tantæ virulentia à foedo concubitu contractæ, succurrat sagax aliquis Æsculapius, qui nihil affingat, nihil mentiat, quique venenum à veneno, lepram à lepra, sapienter ac peritè distinguat.

IIII.

APAGE illos impostores, laruas & mendicabula hominum, perfrictæque frontis medicastro, qui pro omni medendi methodo quam nullam habent, secreta multa pollicentur, ad singulorum morborum depulsionem, quos omnes grauissimos & penè incurabiles prædicant, vt pretiosius atque famosiùs curasse videantur. Tali fraude non indigent arthritici affectus, qui non aliter curandi videntur quàm synochus putris, est enim arthritidis propriè loquendo, febris articulorum, cuius causa à visceribus sursum & deorsum refluxens, per venarum & arteriarum cavitates, sanguinis massam totam conspurcat atque contaminat: vnde cuius patet statim recurrendum esse ad venæ sectionem, tanquam ad præsidium, ipso morbi initio, in eius augmento, & vigore, cum iussulis refrigerantibus & frigida potu, dum summa sunt omnia doloris, dum vrgent ciborum fastidium, membrorum impotentia, iuges vigiliæ, nullo Paracelsico Laudano, mero veneno debellandæ. Hic frustra sunt diaphoretica omnia, quæ causam non auellunt, morbum non tollunt, symptomatum ferociam non imminuunt: si quis sit topicis locus, in ysum trahatur oxycratum tepidum, omni oleo ceræ qualibet arte distillato, qualibet aqua mellis potentius atque præstantius.

V.

OMNE feret punctum Venæ sectio, quæ primas debet tenere, vtpote quæ citò, tutò & iucundè vasa depleat, nimio tabo eoque virulento turgentia, humoris fluxum cohibeat, partes affectas à vixegoni vindicet, à doloris tyrannide liberet, ad superiores partes, præsertim verò pulmonem, quem statim malignitate sua inficit, refluxum impediat: Sed toties celebranda erit, quoties morbi magnitudo postulabit, & vires ferent; nec erit de catharsi cogitandum, quæ etiam leuissima sufficiet, ex medulla, foliis Orientalibus ac syrupo diarhodon concinnata, (procul absint aloë, manna, turbit, à turbandis vi-

3
seribus dictum, gummi Gitta-iemou, syrupus de rhamno solutius,
elaterium, venenatum sibiū, & alia acia, ignea, maligna, ex vti-
lium medicamentorum grege serid expungenda) nisi prius per venæ
sectionem aliquoties repetitam, morbi vehementia fuerit repressa,
vel extincta, quod summā artis medicæ gloriā, & insigni agrorum le-
uamento, quotidie præstant generosè ac Hippocraticè viri optimi &
sapientissimi Asclepiadæ, sine præstigijs & fūco medentes, *πολλὰν ἀν-
θρώπων ἀνέσσω, verè ιατροί.*

Ergo Arthriticis affectibus necessaria Venæ sectio.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRL

M. Mauritius Froger, Antiquior Magister.

M. Robertus Baillif, Præses.

M. Iulianus Boissinen.

M. Annas Iousselin.

M. Michaël Neuen.

M. Gul. Ferrand.

M. Michaël Motion.

M. Iacobus Baillif.

M. Simon Baillif.

M. Renatus le Tourneur.

M. Petrus Jamet.

Harum Conclusionum veritatem, auspice Christo, propu-
gnabit CAROLVS GVYOT, Metensis, An. 1658.
